

Graulus haud maneat Sponsus, nec *Graulia* Sponsa:
Nausea conjugii, tædia sintque procul.

M. *Matthæus Ströer* Poli-
grapus *Chemnicensis*.

Fatis Connubia fiunt.

Non hominum Studio; fiunt Connubia fato,
Fato sed dio, ceu puto, non fatuo.
Sapè lubet juveni vicinam ducere Sponsam:
Sapè domi natam ducere, sapè foris.
Sapè juvat fuscam, formosam sapè puellam,
Sapè juvat domitam ducere, sapè feram.
Nontamen ad Votum res componuntur eadem:
Ad Jovæ nutum cuncta sed eveniunt.
De Te res loquitur *GRAULI*. Tenamq; fuisse
In bivio vidi, vidit & ipsa *Venus*.
Lucida sylva viret Musis contermina nostris,
Hic ubi sperabas quasierasq; parem.
Te *CHEMNICENSEM* ducturum *SPONSE* putabam:
Fatis *DRESDENSEM* jungis at ecce tibi.
Te domitam rebar ducturum *SPONSE*; sed ecce
Pro domitâ volucrem ducis amasq; feram.
Sed volucrem talem, qualem vel quilibet auceps
De nocte in medio vellet habere toro.
Egregiam volucrem, nido Sylvaq; nitente
Condignam, atq; tuo nec minus aucupio.
Fallor an hanc volucrem viscosa, Nymphie, Virgâ
Falles & figes: sapius idq; voles.
SPONSE voles: sed & ipsa volet: sic tempore veris
Complures volucres *Lucida* sylva dabit.
Gaudet avis sylvis: gaudet feritate: sed isthanc
Exuat ut, sylva pro ratione, vide.

B

Quis